Vidam (sicut adferis) in privilegiorum fraternitate recepti, nolunt tibi de juribus episcopalibus respondere...

a Bajen. b Doctores in c. si. su. de sil. n. s. & in c. Albertus...

CAP. XXXIII.

Quoad privilegium remissionis decimarum...

Idem Arcliam. capis.

Consultationi vestre... quod cetero, de quo memoria quod aliquando culta fuisse...

DE PURGATIONE CANONICA

TITVLVS XXXIIII.

CAP. I.

Infamatus fide dignus per juramentum si purgatus...

Ex Concilio Triburico.

Nobilis a homo, vel ingenuus... si in prelo accusatus crimen negaverit...

CAP. II.

Infamatus tertio motus si corripitur...

Ex Concilio Agathen.

Si quis Presbyter negligens vite sue, pariter de se suspicari permittit...

CAP. III.

Etiam regulares purgari se de delictis...

Ex Concilio Melden.

Moniales si libidinibus inferne accenduntur...

CAP. IV.

Si delictum est probatum, non inducitur purgatio...

Ex eodem.

Si quis de gradu ecclesiastico raptocelesti...

CAP. V.

Infamatus contra quem crimen probatum non possit...

Innocentius Papa d. Aquilano. Pisanorum. Mentan. Episcopo.

Quotiens & Tridentinus Episcopus de hinc impetravit...

a Referunt Barck. l. 8. de re. a. n. & Grat. lib. 1. de re. a. n. & habetur c. 1. in de purg. vulg. in Longo...



CAP. IX.

Sufficit quod compurgator sit toleratus ab ecclesia, bene famu, nec de crimine suspensus condemnatus.

Idem Antonien. Episcopus.

Constitutus a in presentia nostra P. Diaconus & infra.

Præterea illud nobis non modicam admirationem inducit, quod purgationem oblatam recipere noluerit, nisi prius commenda les nomina singularum, qui dictum P. purgare volebant, & de nationibus & cæteris circumstantiis prius inquirentes diligenter, tanquam esse ordinationes facturus: utinam se discerneret ordinandos. Sanè in purgationibus faciendis, cum satis sit illis, qui pro purgando exhibent juramentum, secundum propriam conscientiam & opinionem jurare, quod purgandus à crimine sit immunis, vel quod bonum exhibuit juramentum, si purgator ab ecclesia tolerentur, & sint bonæ famæ in suis ordinibus ministrantes, nec in iudicio pro crimine condemnati, proculdubio sunt abique ullius indagine admittendi.

CAP. X.

Propter magnitudinem criminis infamatus suspendi potest, nolumus ab officio, sed etiam à beneficio, donec se purgaverit. hoc primo. Et augetur propter hoc numerus compurgatorum, hoc secundo. Ex causis interdem post purgationem præstitam suspendatur qui ad tempus, hoc tertio. Et deficiens in purgatione, pariter ut convulsus, hoc quarto.

Innocentius III. Senen. Archiepiscopus.

Inter sollicitudines & nostras illa debet esse præcipua, ut capiamus vulpeculas: [ 1 & j. ] Licet [ ergo ] ecclesiastica constitutio tales ab officio tantum utique ad purgationem canonicam doceat [ suspendendos: quia tamen eum etiam à beneficio propter immanitatem criminis suspendisti, nolumus improbare. Nec illud etiam improbamus, quod licet contra eum nullus accusator legitimus appareret, ex officio tuo tamen [ fama publica deferente ] voluisti plenius inquirere veritatem. Attendentes autem vulgata in infamiam, grave scandalum, & vehementem suspensionem ex testium dictis obortam, quæ contra decanum facere videbatur, quum propter eorum quodlibet ei esset purgatio indicenda, & servantes justitiam, & molientes rigorem, purgationem ei quarta decima manus sui ordinis duximus indicendam. Ipsum illicur ad te remittentes, ut ibi purgaret, ubi noscitur infamatus: mandamus, quatenus accitis e tecum Nivern. & Parisien. Episcopis, indicam ei purgationem accipias: ita tamen, ut qui ad ejus purgationem processerint comprobant, sint fide catholici, & vita probati, qui conversationem & vitam ipsius non tam moderno tempore noverint, quam transacto. Purgatione vero recepta, beneficium ei restituere non postponas. In poenam autem familiaritatis illius, quam cum hæreticis scienter habuisse dignoscitur, eum ab officio volumus manere suspensum, donec scandalum sopiatur, ita tamen ut publice familiaritatem hæreticorum abjuret. Præcipias insuper ei districtè, ut in prædicta & aliis villis circumpositis profiteatur & prædicet fidem catholicam, ac confundat & detestetur hæreticam pravitatem: sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus, ut infamia convertatur in bonam famam d, & omne scandalum & suspitio de catholicorum mentibus deleatur. Quod si forsitan in purgatione defecerit, eum ecclesiasticæ discipline macrone percellas, & ab officio & beneficio depositum, ad agendam poenitentiam in actum monasterium detrudere non omitteras.

CAP. VIII.

Infamia facta secundam purgationem vulgarem non tenet, & ab non ablatam, post iudicium de novo purgatio: & admittitur de novo.

Lucus III.

Intelligimus contentia literarum, quod cum H. Presbyterum (quia infamabatur de honore) à sacerdotali officio suspendisses, prædecessoris tui literas tui in medium, quibus apparuit eum iudicio tuique frigidæ suam innocentiam purgavisse, & Episcopum tuum litteris absolvisse. Quia vero peregrina iudicia non prohibita, purgationem quam præstitit, sufficere non oportuit: mandamus, quatenus si accusatores idonei non appuerint, ut eum septima aut quinta manu sui ordinis [ ut expedire cognoveris ] per purgationem canonicam innocentiam suam ostendat, sibi iniungas: quam ad præstitit, suspensionem sine difficultate relaxes, & eum testimonio boni virum annuncians, ab infamia honorandam, nullius contradictione vel appellatione obstantem, absolvas.

a Ca. 6. ed. tit. in i. comp. & post con. Lateran. part. 1. ca. 112. b Ca. 12. ed. tit. de accus. in i. comp. c Ca. 1. ed. tit. in i. comp. d dist. 10. bonam, deest in registris & plerisque antiquis exemplaribus.

705

veres sui prout adherentes, testes secundam formam canonicam producere nequiverunt, scilicet quod ecclesiam sancti Petri Presbytero P. dederit pro quatuor modis fructibus: [ 1 & infra ] Communi fratrum nostrorum contumaciter amarus, ut tertia manu sui ordinis, & quarta Abbatum & religiosorum sacerdotum, de supradicta simonia debeat se purgare. Porro purgationis tenor est huiusmodi: Episcopus juravit primum super sancta Dei Evangelia, quod pro ecclesia sancti Petri Presbytero P. dederit, nec ipse per se, nec per submissam personam, nec aliquem pro eo se scienter præcium recepit: deinde purgatores super sancta Dei Evangelia jurabant, quod ipsi crederent eum verum jurasse.

[ 1 & infra ] ipsi illam ecclesia laici accepit. Verum quoniam in consuetudine nec testes secundam formam canonice, & sacrosanctam famam in causa ipsa procedere potuerunt.]

CAP. VI.

Episcopus percontationem suam infamatum compellit ad se purgandum, nisi ab eo legitime appellaverit.

Alexander III.

Indinet a alios: & infra. Quia nos e. f. consulere volumus, utrum Episcopus percontationem suam ad purgationem cogere possit. Confiliat. r. r. quod si de aliquo crimine publica labor infamia, accusatore & testibus adhibentibus, ad purgationem est per ipsum Episcopum compellendus: nisi forte super ipso ad superiorem iudicium duxerit appellandum. Sanè si appellaverit, eius patet iudicio, ad cuius examen causam voluerit per appellationem transferre.

CAP. VII.

Compurgator debens esse beneficus, & notum habere eum, quem purgatur, nec debens à iudice vel alio impediti: & deficiens in purgatione, pariter ut convulsus.

Idem Gregorius. electo.

Quoniam P. Manconella b Presbyter: & infra. Purgatores illius honoratis & opinionis esse volumus, quod verisimile sit eos nolle amore vel odio, seu obventu pecunie peccare. Ut autem idonei appareant, necessè est ut eum, quem purgare debent, vitam & conversationem agnoscant. Deficientem vero in purgatione, omni officio & beneficio ecclesiastico privare procures: Præterea, quod si qui purgando in sua voluerint purgatione deficere, nullam eis malevolentiam vel indignationem ostendas, nec eos impediatis, vel ab aliis, quantum in te est, impediatis permittas.

CAP. VIII.

Infamia facta secundam purgationem vulgarem non tenet, & ab non ablatam, post iudicium de novo purgatio: & admittitur de novo.

Lucus III.

Intelligimus contentia literarum, quod cum H. Presbyterum (quia infamabatur de honore) à sacerdotali officio suspendisses, prædecessoris tui literas tui in medium, quibus apparuit eum iudicio tuique frigidæ suam innocentiam purgavisse, & Episcopum tuum litteris absolvisse. Quia vero peregrina iudicia non prohibita, purgationem quam præstitit, sufficere non oportuit: mandamus, quatenus si accusatores idonei non appuerint, ut eum septima aut quinta manu sui ordinis [ ut expedire cognoveris ] per purgationem canonicam innocentiam suam ostendat, sibi iniungas: quam ad præstitit, suspensionem sine difficultate relaxes, & eum testimonio boni virum annuncians, ab infamia honorandam, nullius contradictione vel appellatione obstantem, absolvas.

a Ca. 6. ed. tit. in i. comp. & post con. Lateran. part. 1. ca. 112. b Ca. 12. ed. tit. de accus. in i. comp. c Ca. 1. ed. tit. in i. comp. d dist. 10. bonam, deest in registris & plerisque antiquis exemplaribus.

[ 1 Quia morantur vineam Domini demeritis, species quidem habentes diuersas, sed caudas aduocorum colligatas, quodam de uenitate conueniant in ipsam. Hi sunt namque caupones, qui aquam uini commiscunt, qui uinum draconis in aureo calice Babilonis regni propinant, qui iuxta uerbum propheticum, arcum uini amarum intendunt, ut sequantur in oculis innoxios: quorum error seipse ut caupones ita quibus nisi hinc in flore ledatur fructum non filium amaram, sed citam pessimum germinat. Hoc Apostolus egregie predicatur in epistola sua prophetico sermone describit, & docet omnibus modis uitandis, contra quos sacerdotes tibi argenti clangere debent, ut cum clamante populo aros sacerdotum procedente & mari corrumpi Hiericho, que iam fuerat perpetuo anathemate condemnata: ita quod si quis ex ea regulam autem suare presumpserit, cum Achor filio Charim lapidibus obruatur. Nos igitur scientiam literarum & honestatem morum pariter attendentes.]

CAP. XI.

Breue est, nec potest aliter summari.

Idem Abbati sancti Dionysii, & Presbytero S. Marini.

Cum dilectus a: & infra. Illud autem vos attendere volumus, & mandamus, ut tales ad purificationem admittantur persone, que uicinis sint & honeste.

CAP. XII.

Si infamia ortum non habet ex probabilibus coniecturis, non est de necessitate indidenda purgatio, potest tamen iudex ad instantiam purgandi.

Idem.

Cum b in iuuentute sua: & infra. Quia uero pater filium, quem diligit, corripit: nos Quinquecentis Episcopo per literas nostras ad maiorem cautelam injunximus, ut ab illius familiaritate cessando taliter se haberet, quod sinistra de ipso suspicio non possit haberi: sed inimicus homo rescriptum literarum subripiens, apud Regem & regni magnates ipsum nequiter publicavit, ut sic deberet amplius infamari. Unde nos tantam amulorum nequitiam attendentes, licet pullati fuerimus multoties contra eum, nunquam tamen aduersus ipsum potuimus commoueri, scientes quod dictum unius facile sequitur multitudo: ubi uero idem Episcopus ad Strigon metropolim exiit postulat, quidam, qui super ipsa postulatione aduersabantur eidem, ut promotionem ipsius facilius impedirent, illius criminacionis carbonem reaccendere sunt moliti: unde quidam procurator ipsius de consilio amitorum suorum, qui super hoc bonum uelum habebat, sed non secundum scientiam: cepit cum instantia postulare, quatenus eidem Episcopo purgationem canonicam faceremus iudici, ut suam innocentiam demonstraret. Nos autem postulationem huiusmodi minus providam reputantes, procuratorem ipsum ab ea saepe & uoluntate reuocare: [ 1 & 7. ] Caterum quia procurator instabat, compulsi fuimus (non juris necessitate, sed importunitate petentis) ut per vos ei purgationem canonicam cum duobus Abbatibus mandarem iudici: quamuis fuerimus protestati, quod ex alia causa talis petitio minus provide tunc fiebat, quia Strigon, ecclesia suffraganei vix eo tempore purgarent eundem, quia in facto postulationis contradicebant eidem: & suffraganei Colocen. ecclesia ipsum minime tunc purgarent: quia inter eum & Colocen. Archiepiscopum de Strigon metropoli contentio uertebatur: unde cum non sint alij Pontifices in Hungaria, merito uidebatur, quod per Episcopos regni sui non posset in illo articulo se purgare.

a Ca. 2. eod. titul. in 3. comp. b Ca. 2. eod. tit. in 3. comp. para huius decret. est in ea. cum in iuuentute, sup. de prescript. ut optime hic adnotet glossa. c al. semper, sed in antiq. ut est impressum.

[ 1 Tuus quis lapsatus non uideatur quod non in purgatione de illo crimine, cum Episcopi super hoc non uideantur habere, non quia tunc infamatus uideatur ab omni & non processisse, sicut superius est expressum. Unde non uideatur quia laudabilis apparet, & iudicandi factum uideatur, non credendum ei purgationem aliquam non credendam.]

CAP. XIII.

Compurgatio iurat de credulitate.

Idem Thom. a Archiepiscopo.

De b testibus: & infra. Illi uero, qui ad iudicandam alicuius infamiam inducuntur ad iudicandum iuramento firmare, quod ueritatem credunt esse, qui purgatur.

CAP. XIV.

Infamatus super defectu natalium non debet peruenire ad iudicandum.

Idem Euseb. Episcopo.

Accedens e ad presentiam nostram T. Eusebio nobis insinuatione monstrari, quod cum a multis dicebatur, quod esset filius sacerdotis, non tam promouere uoluisti, nec permitti ad iudicandum. Quocirca mandamus, quatenus si publicitatem insinuationis, & de ipsa tibi legitime conducta non fuerit purgatione ab ipso recepta, ipsum non iudicandum hoc ad sacerdotis officium promouere: qui etiam nota delicti, est tamen non defectus impetratum, ut ceteros ordines promouendum.


CAP. XV.

Super notorio crimine non est indidenda purgatio, & non causa super criminibus coram Papa delicta, purgatio ad iudicandum super eis recepta non tenet.

Idem Eugen. & sancti Marini.

Cum d dilectis filiis H. Presbytero, & G. procuratori O. clerici T. capellani nostrorum consilium auditorem, idem procurator proposuisset, quatenus Presbyter super incestus crimine fuisse publicitatem, Constantin. Episcopus ordinatus iudex purgationis, qui cum se purgare non uoluisset, ad ipsam suam ecclesiam sententia litera definitur: quatenus ipse multoties detinuit per violentiam sui uxorem publice detinere, et uisum in consanguineo sui uxorem publice detinere, petitionem plebani de Henso e, & quorundam aliorum clericorum Constant. diocesis iudicibus contra ipsum sustinisse, ut si dictus Presbyter super crimine incestus, coram ipsis se purgare non posset, quatenus debita castigarent: qui cum constitit eandem, quatenus idem Presbyter pro eo, quod in purgatione delictum, Episcopo memorato fuerat condemnatus, ipsam uxorem contumacem praedictis ecclesis per secessionem promouerunt, maxime cum de incestu & adulterio criminis notorie de notorio liqueret eidem, Abbati sancti Callisti, qui de illarum ecclesiarum donatio pertinebat] concedentes ecclesias illas, personis illis condonari, eas postea supra dicto O. clerico assignari, quod ad illas uero Presbyter inter cetera respondit, quod non iudicandum praedictorum debeat inserui reuocari, cum non contestata procedere / praesumptum contra eum adiciens, quod purgationem indidenda ab ecclesia stant. curauerit exhibere: [ 1 & 7. ] His igitur plenius intellectis, licet litera illa, quae ad praedictum iudices impetrata dicitur, uel ipsorum transscriptio

a Tirenens. al. Thom. al. Thom. b Ca. 2. eod. tit. in 3. comp. c Ca. 3. eod. tit. in 3. comp. d C. 6. eod. tit. in 3. comp. e al. de Henso. al. de Henso. sed in consuetudin. ut est impressum. f praesumptum, in uoluntate, ut in antiq. praesumptum.



DE PURGATIONE VULGARI  
TITVLVS XXXV.

CAP. I.

*Duella, & alia purgationes vulgares prohibita sunt, quia per eas multos condemnatur absque iudicio, & Deus tentari videtur. h. d. titus titulus.*

Celestinus III.

**C**ura suscepti b regimini; [ r & f. ] Cum t. f. duxerit sed. Apost. consulendam, utrum super ecclesiarum possessionibus duella debeat sustineri. Tux duximus sollicitudini respondendum, quod in eo casu, vel aliis etiam hoc non debes aliquatenus tolerare.

[ a Sapedita tamen mul. cum non desinas infamare. unde nobis humiliter supplicavit, ut ab illarum impetitionibus solutum faceremus ipsum predictarum ecclesiarum pacifica possessione gaudere. ]

CAP. II.

*Summatum est sup ca. proxima.*

Innoc. III. prior s. Sergii Spoletan.

**S**ignificantibus d. V. laico, & fratribus eius ad nostram noverit audientiam pervenisse, quod quum quidam eos super facti crimine accusaret, cum eo coacti sunt inire duellum, in quo alius peccatis suis prepedientibus ceciderunt: propter quod per consules Spoletanos bonia fuerunt propriis spoliar: nunc vero furum apud alios est inventum, & quod ipsi fuerint innocentes, est (faciente Domino) revelatum. Vnde consilibus ipsis dedimus in mandatis, ut ablata restituant univerfa.

CAP. III.

*Summatum est supra cas.*

Honorius III.

**D**ilecti s filii noviter in Livonia baptizati, gravem ad nos querimoniam destinaverunt, quod fratres templariorum, & alii, qui temporalem in eis potestatem exercent, si quando de aliquo alio crimine infamantur, eos ferri candentis iudicium subire compellunt: quibus si qua exinde sequatur aduflus, civilem poenam infligunt. Cum igitur huiusmodi iudicium sit penitus interdictum, utpote in quo Deus tentari videtur: mandamus, quatenus dictos fratres, & alios, ut ab huiusmodi conversorum gravamine omnino desistant, per cens. ccclet. appell. remota compellas.

DE INIURIIS ET DAMNO DATO.

TITVLVS XXXVI.

CAP. I.

*Tropter eius breviteratem non summatur.*

In Exodo. f.

**S**ixati fuerint homines, & percussierit alter proximum suum lapide, vel pugno g, & ille mortuus non fuerit, si b iacuerit in lecto, qui percussit, operas eius & impensas in medicos restituat.

CAP. II.

*Breve est, & ideo non summatur.*

In eodem.

**S**i quis aperuerit cisternam, & foderit, & non operuerit eam, cecideritque bos & asinus in eam, dominus

a Vide B. Thom. 2. 2. q. 97. art. 1. ad 2. arg. b Ca. un. cod. tit. in 2. comp. c Adde quod non dicitur in l. i. C. de Lat. lib. 2. ubi vult. d Ca. un. cod. tit. in 1. comp. vid. conc. Trid. sess. 21. de refor. c. 19. e Inop. 10. c. 11. f Exod. 21. g vid. l. fm. cum gl. & conor. ff. de fidei. h al. ita: sed iacuerit. i C. 3. tit. de damno dato. in 1. comp. Defert l. v. p. 16. c. 249. Exod. 21. Z 2 2

Nullum non fuerit coram nobis, quia tamen ex tenore...  
[ a Non videtur ut fratrum nostrorum debeamus consulti... ]

CAP. XVI.

*Non solummodo ab illis criminibus: sed iurare debet, quod nulli iam promissionem illa crimina non commiserit.*

Idem.

**A**cepimus s literas, quibus nobis intimare curastis, quod...  
[ a Infirmam b publicatum. c vid. Bar. in l. 4. accusatorem... ]

a Infirmam. b publicatum. c vid. Bar. in l. 4. accusatorem...  
Z 2 2

cisternæ reddet pretium iumentorum: quod autem mortuum est, ipsius erit.

CAP. III. Breve est, & ideo non summatur. Idem.

SI a bos alienus cornu petra fuerit ad heri & nudius tertius, & non custodivit eum dominus suus, reddet bovem pro bove, & cadaver integrum accipiet.

CAP. IV. Breve est, & non summatur. Idem.

SI e laserit quispiam agrum vel vineam, & dimiserit iumentum suum, ut depascat aliena, pro damno restitutionem restituat.

CAP. V. Breve est, & non summatur. Idem.

SI e egressus ignis comprehenderit cervos frugum, si ve stantes segetes in agris, reddet damnum qui ignem succenderit.

CAP. VI. Breve est, & quasi idem cum precedenti. Ex penitentiali Romano. d

SI quis domum vel arcam cuiusquam incendit voluntarie, sublata & incensa omnia restituat, & tres annos poeniteat.

CAP. VII.

Secularis potestas, que clericum bannivit, condemnari debet per iudicem ecclesiasticum, secundum estimationem injuria in expensis & damnis. Et hoc adde panam in Clem. 2. de panis.

Honorius III. Episcopo Bononiensi.

OLim e scribentibus nobis Episcopo Mutinensi ut potestatem, consiliarios & populum civitatis Florentinæ ad satisfactionem de damnis & injuriis interrogatis Episcopo, & ecclesiis Fesulanis, cen. eccl. coartaret, idem testes lite non contestata recepit. Quare nos eius processu penitus revocato commune Florentinæ, quia banniverat Episcopum Fesulanum contra Deum & ecclesiasticam libertatem, propter injuriam banni, & expensas, & damna tali occasione secuta, taxatione juramento premissa in mille libris usualis monete, predicto Episcopo sententialiter duximus condemnandum.

CAP. VIII.

Qui jurat statum super non repetendum damni, hoc non obstat expensas repetere poterit, si d. vel sit: Statutum super damnis non repetendis, ad expensas non extenditur.

Gregorius IX.

IN nostra f. & statum nostrorum presentia proposuistis, quod olim cives Brixien. pro g. restauracionibus damnorum illorum ad invicem, quæ propter multas civiles discordias incurerant, plurimum aggravati, statum editum de non petendo vel recipiendo in posterum restauraciones hujusmodi à communi generaliter approbarunt, & firmarunt etiam juramento: & infra. Cum igitur aliud sit damnorum restauratio, quam satisfactio expensarum: & ideo in juramento exhibito super damnorum articulo intelligi non debeat, quod factum expensarum fuerit comprehensum: mandamus, quatenus (juramento non obitante predicto) auctoritate nostra provideas, quod dictum commune pro bono concordie ad expensarum satisfactioem aliquod h. contribuat, juxta tuæ discretionis arbitrium, à te sicut expedierit, moderandum.

a Exod. 21. b Exod. 22. c Ibid. d Similis sententia reperitur apud Burch. l. 19. e vide Clem. 1. de panis, ca. Gravus, supr. de restitu. spol. f vide glan. c. sciamonici, verbo, damna & injuria de esse, ordi. in 6. g dictio, pro, deest in vetustioribus codic. h dictio, aliquis, deest in auct. exemplaris.

CAP. IX.

Malet plura dila, & si fuerit. Idem.

SI culpa tua datum est damnum, vel iniuria impetrata tua, siue negligentia evenerit: pro tanto magis satisfacere te oportet, nec ignorantia te excuset, si non habuerit ex facto tuo injuriam verisimiliter potestatem, vel iacturam. Quod si animalia tua nocuerint, nihilominus ad satisfactionem tenentur, nisi in modo passis damnum, vel liberare te ipsum: quod cum ad liberationem non proficit, si fera animalia, vel confiteverunt nocere fuisse, & quam debentur iacturam diligentiam adhibere. Sane licet, qui nocentis damni dat, damnum videatur dedisse, factum est tamen illo dicendum, qui ut non accideret, de contemptu nil omisit.

DE POENIS.

TITVLVS XXXVII.

CAP. I.

Talens poenitentia est criminis, quæ ab uno iterat.

Ex concilio Toletano.

E A que frequenter peccata committit, frequentius poenitentia condemnentur.

CAP. II.

Interficii Presbyterum poenitentia est: & pena pro eo qui presbiter, alioque pro eius anima asseruit.

Ex concilio Triburino.

Presbyteri interdicti compositionis sedulo, ut in parochiam pertinet, solvantur, in ut restituerent talibus ecclesiis, cui preest, tribuat, alterum in archiepiscopium iuste dispensat: Quia nullus eius honor maior videatur, quam qui ipsam Domino locatur.

CAP. III.

Non debent prelati pro criminosis, solvendo poenitentiam, nec etiam correctionem causa ex cupiditate poenitentiam imponere.

Alexander III. Cantuarien. Archiepiscopo.

Licet b. juxta Apostolum: [1 & infra] Accipiens quod Archidiaconi. Conventum episcopatus pro peccatis excessibus, & criminibus poenitentia, à clericis laicis poenam pecuniariam exigunt, & pro vana poenitentia pecuniam personam quoadque suspendunt, ecclesiam terdunt, à vicariis denarios, ut eos in ecclesiis canonicis, exigere non formidant, & alia regum canonum obviant insinuat, & de radice capite & varietate prodire videntur: & infra. Mandamus, quatenus Archidiaconi pro dicti episcopatus hoc adhibeant terdicas: si autem contravenire preceptis, non repell. cessan. eccl. cen. compellat.

[1 Arguere, obviare & interceptum fidei: sed non debemus excessus corrigere singulorum, ut prohibetur non pro peccatis sunt, sed que Iesu Christi sunt, quare ut in correctione peccati deamus modestiam, & mansuetudinem servare.]

CAP. IV.

Vilius condemnatur videtur presentia in expensis, etiam in poenitentiis, & unum casum exceptis.

Idem in concilio Tarven.

Calumniam e & audaciam tenent e largientur.

a Est in concilio Triburino sub Archiepiscopo Imperatore in 11. alio verbi referunt Burch. d. de c. 11. l. 19. p. 10. & Greg. 17. q. 4. ca. omnes Presbyteri. b Calumniam in concilio Tarven. c. 1. & post conc. Lat. sub Alex. III. p. 2. 6. & post conc. Lat. sub Alex. III. p. 2. 6.



contumacia in expensis, & alio multiplici remedio san-  
cti imperialis compescit. Quoniam igitur sacris insti-  
tutionibus consono dignoscitur, precipimus, ut de cetero in  
iudiciis pecuniarius victus, victori in expensis condemnemur:  
nulli sententia pro absentente feratur.

CAP. V.

Quoniam causam seu operam prebentis bello, deponendus est.  
Innocentius III. (Madrufensis) Archie-  
piscopo.

Quod in a dubiis: & infra. Quia verò tam sacerdo-  
tes, qui gubernant naves ad pugnam, quam qui per-  
petrant exerceant conficiunt, & hi, qui alios incitant ad  
pugnandum, omnes enormiter peccant: de rigore cano-  
nicis ex ceteris deponendas.

CAP. VI.

Quoniam pro magno scelere ab eo commissio, deponi debet, & in mo-  
nasterium, ad agendam penitentiam.  
Idem London. Episcopo.

Prædicationis & prudentiam: & infra. At illud.  
quod nobis tertio requisisti, qualiter clerici in la-  
pideosis, vel aliis magnis sceleribus deprehensi, puniri  
debeat. Respondemus, quod à suis ordinibus degra-  
dandi, decessi debeant in artibus monasteriis, ad peniten-  
tiam peragendam.

CAP. VII.

Si inter, contractum veniat contra contractum, uterq; potest  
solvere partem ad in vicem promissam ex conventionem.  
Idem Abbasibus & fratribus, Crypta fer-  
rate.

Constitutus e in presentia nostra: & infra. Licet  
inter contractum in instrumentum Episcopi Lavitani expressa  
sit certa pena, quam pars contractum non servans  
solvere debet: cum tamen utraque pars venisse  
consensum, ex confessione propria convinctur, cum  
quæ recta subtraxerit Episcopo pensionem, & Episco-  
pus procuratorem exegerit ab eadem ecclesia, sicut Oc-  
casionem proposuit memoratus, utramque partem ab ea  
pœnitentiâ absolutam.

CAP. VIII.

Quis propter vacillatorem incarceratur, infamiam non in-  
currit.  
Idem Petro S. Frigidiano & Magistro B. Cano-  
nico Pisano.

Super his, de quibus nos consulere voluistis: & T.  
Clericus autem, qui pro eo quod variaverat & vacil-  
laverat coram vobis e, de mandato nostro f captus est  
& detentus, infamiam non incurrit.

CAP. IX.

Quoniam ad certam quantitatem, certa die sub pena sit vendam,  
si partem non terminum sit, ad partem integram non tenetur.  
Idem Spoletano Episcopo.

Quoniam ad nos retores clericorum sancti Fortunati  
de quætionem transmiserunt, quod cum tibi essent  
xxx. libris, per quoddam arbitrium condemnati, effec-  
tæ pœna xxx. librarum apposta, nisi ea solverent in  
termino constituto, tandem xxxii. libris in termino  
postulatis, occasione septem residuarum, per quosdam  
antiquos & literas veritate tacita impetratas obtinuit  
remissionem xxx. libris, tibi per delegatum iudicem  
condemnat. Quia igitur te non decet in tantum Pon-  
tificatus modestiæ oblitivisti, ut inhonestis quæstibus an-

helando desideres cum aliena jactura ditari: manda-  
mus, quatenus septem librarum solutione contentus, su-  
per pœna xxx. librarum memoratos retores de cetero  
non molestes.

CAP. X.

Occidens prelatum, privantur beneficiis & fructu, quæ habent  
ab ecclesia, cui præerat prelatus ille, nec in vel hereditibus restantur,  
nec alia de novo concedi debent. Et hoc in occidente, & ori-  
ente, vel latissime Episcopum, aut si similes pœna: de quibus  
in elem. Si quis suadente, eodem tit.

Ad aures a nostri Apostolatus pervenit, quod cum  
quidam parociani tui ausu diabolico [bonæ & me-  
moræ.] I. Vincentinum Episcopum, prædecessorem tu-  
um nequiter peremissent, feuda & beneficia, quæ illi à  
Vincentina ecclesia obtinebant, ipsi per sententiam fue-  
rant cum multa deliberatione sublata. Quia igitur ma-  
jori sunt animadversione plectendi, nos tam tibi quam  
successoribus tuis, auctoritate Apost. prohibemus, ne l-  
pius, aut hereditibus eorum beneficia prædicta restituan-  
tur, seu de novo eis alia quælibet conferantur.

CAP. XI.

Præsumptus contra iudicem arbitrio superioris puniatur.  
Idem.

Dilectus e filius electus sancti P. ad montes: & infra.  
Ne judicialis evanescat auctoritas, cum de litigato-  
ris improbitate confiteri, adversus assertionem iudicis  
temere præsumptus, iuxta supercioris arbitrium digna  
potest animadversione puniri.

CAP. XII.

Patroni, advocati, vel vicedomini vindicantes filios in ecclesia  
plus quam iura permittant, per censuram ecclesiasticam compescun-  
tur: & si occidant prelatum vel clericum ecclesie per se, vel per al-  
ios, perant quod habent ab ecclesia, & eorum postera usque ad  
quartam generationem non admittantur ad clerum, nec in religio-  
nibus proficiantur.

Idem d in Concilio generali.  
In quibusdam provinciis ecclesiarum patroni & ad-  
vocati, seu vicedomini se in tantam insolentiam ere-  
xerunt, quod non solum cum vacantibus debet eccle-  
siis de parochiis idoneis provideri, difficultates inge-  
runt, & multas, verum etiam de possessionibus, aliisque  
bonis ecclesiasticis, pro sua voluntate ordinare præ-  
sumunt: & (quod horrendum est dicere) in necem præ-  
latorum prorumpere non formidant. Cum igitur, quod  
ad defensionis subsidium est inventum, ad depressionis  
dispendium non debeat retorqueri: prohibemus ex-  
pressè, ne patroni vel advocati, seu vicedomini super  
premissis, de cetero plus usurpent, quam reperitur in  
iure permissum: & si contra præsumperint, per feve-  
ritatem canonicam districtissime compescantur. Sacri  
nihilominus concilii approbatione statuimus, quatenus  
si patroni, vel advocati, aut feudatarii, seu vicedomini,  
aut alii beneficiati sicutius ecclesie, rectorum vel cleri-  
cum alium ipsius ecclesie, per se, vel per alios occide-  
re, vel mutilare ausu nefando præsumperint: patroni  
iuxta patronatus, advocati advocatiam, feudatarii feudum,  
vicedomini vicedominium, & beneficiati beneficium  
profusus amittant. Et ne minus vindictæ quam excessus  
memoria prorogetur, non solum de præmissis nihil per-  
veniat ad hæredes, sed etiam usque ad quartam genera-  
tionem posteritatis talium in clericorum collegium nul-  
latenus admittantur, neque in domibus regularibus ali-  
cujus prelationis assequantur honorem, nisi cum eis fue-  
rit misericorditer dispensatum.

a Cap. 1. eod. tit. in 1. compilat. b Hæc duo verba, bona me-  
moræ, ad finem in omnibus Vatic. c C. 111. de probat. in 4. compil.  
d Scilicet Innocent. III. in Conc. gener. c. 45. & Ca. 2. eod. tit. in 1.  
compilatam.

CAP. XIII.

De domino excommunicato manente, subditis fidelitatem non debent: & si longo tempore in ea persistit, & monitus non paruerit ecclesie, ab eius debito absoluitur.

Honorius III. propositio Archidiaconi & Henrici Suesionensis Suesion.

Gravem capituli Lund. a recepimus questionem, quod cum comes Regifren. b pro multis iniuriis, quas irrogat eidem c, per iudices a sede Apostolica deleg. excommunicationis vinculo fuerit innodatus, idem per duos annos & amplius in excommunicatione persistens, iuri parere pertinaciter renuit, claves ecclesie contemnendo. Licet igitur huiusmodi pertinacia non careturpulo heretice pravitatis: volentes tamen nobilitati parere comitis supradicti: Di. v. mandamus, quatenus si comes supradictus post commonitionem vestram non paruerit plenè juri, vos ecclesias, in quibus aliquod jus habere dignoscitur, ab eius debito absolventes, fideles ipsius (quandiu in excommunicatione persistit) ab eius fidelitatis juramento denunciatis penitus absolutos.

DE POENITENTIIS, ET REMISSIONIBUS.

TITVLVS XXXVIII.

CAP. I.

Tres mansisse peccato penitentia publica imponi debet.

Alexander Papa d.

Manifesta peccata non sunt occulta correctione purganda.

CAP. II.

Penitentiis occidentis Presbyterum.

Ex Concilio Maguntinen.

Qui Presbyterum occidit, xii. annorum penitentia, ut secundum canones imponatur: & 7. Convictus, usque ad ultimum tempus vite suae militia cingulo careat, & absq; spe conjugii maneat.

CAP. III.

Considerati circumstantiis arbitraria penitentia inducenda est, si quod modum excessus se defendendo.

Alexander III. Mediolan. Archiepiscopi. [ & e suffraganeis. ]

Significavit f nobis vir nobilis P. quod F. dicto Imperatori, cum olim rediret ab urbe, castrum Verni ex negavit: & infra. Unde contingit, quod iv. castris destructis plusquam duo milia domorum destructa fuerunt, multi homines interfecti, & alia mala ibi commissa, quae longum esset per singula enarrare. Quoniam igitur praefatus P. Deo exinde reconciliari desiderat: mandamus, quatenus ipse penitentiam (secundum quod visum fuerit) misericorditer imponatur, g. attendentes, h. quod pro libertate sua & ecclesiae devotione hoc fecit. Quare in his debetisalem discretionem habere, ut alii, & ipse idem pro austeritate penitentiae a servitio ecclesiae nullatenus retardentur, nec aliquod salutis periculum debeant formidare.

CAP. IV.

Indulgentia, quae conceduntur per prelatos, non subditis non profert, nisi propriis iudices hoc concedant.

Idem Archiepiscopo Cantuariensi.

Quod autem i. consulti, utrum remissiones, quae sunt in dedicationibus ecclesiarum, aut conferen-

a Laudunen. b Regifren. c alii. eidem: sed in antiq. legitur, esitem. d al. Calixtus, ut in omnib. Vaticanis, sed haec reperitur apud Greg. lib. 12. epist. 31. regit. ad Felicem Siciliam Episcopum. e Haec 2. voces, & suffraganeis, defuncti in omnibus Vaticanis. f Ca. 2. eod. tit. in 1. comp. g imponatur. h attendenti. i Ca. 3. eod. tit. in 1. comp.

tibus ad dedicationem pontium, alius potest quibus qui remittentibus subint: Hoc volumus mandatum nitentem tenere, quod cum a non suo potest ligari, alius valeat vel absolvi, remissiones praedictas penitentibus illis tantummodo arbitramur, quibus ut praedictum, pro iudicibus specialiter indulserunt.

CAP. V.

Non est veri penitens, qui peccandi animum non dimittit, non recipitur eius confessio.

Idem Belvacens. Episcopi.

Quod a quidam ad confessionem de criminibus veniunt, & quamvis confiteri velint, factum abstinere non posse. Con. t. r. quod eorum confessionem recipere debes, & eis de criminibus confessionem recipere: quia licet non sit vera huiusmodi penitentia, mittenda tamen est eorum confessio, & iudicibus praedictis monitis penitentia inducenda.

CAP. VI.

Qui ex penitentia debet certa dies in pace & quietudine deficiente pace, alius cibaria uti.

Idem Triburen. Archiepiscopi.

Licet tam & veteris, quam Novi Testamenti precepta, & infra. Si autem illi, quilibetque supra se qua ex injuncta sibi penitentia tenentur, penitentiam, quo vescantur non habent: leguminibus, carnibus, aut aliis cibariis recitentur, si necessitas adhibita. Discretionem tamen adhibita, quod non nisi ad sustentationem utantur.

CAP. VII.

Sacerdotes Graeci prostrant, vel fideles negligenter officium filiarum, non imponitur penitentia publica, sed dicitur altaris officio, & aliter in sacris agere penitentiam. In publicis est publicum, debet publice agere penitentiam.

Clemens III.

Quis situm est, utrum sacerdotibus Graecis, quibus legitimum matrimonio licet uti, penitentia imponatur, si eam sibi potestatem non habent, ut in publicis injungi? Huiusmodi negligenter h. officio procurantibus, vel huiusmodi negligentibus h. officio reputantur oppressi, ab officio altaris eorum penitentiam abstinere, & eis graviter quam laicos, non auctoritate Verum si ex incuria ipsorum mortui inveniantur, penitentiam imponatur, & in tercentis annis, vel tempore abstineant a celebratione missarum.

CAP. VIII.

Sacerdos penitentiam arbitrarie debet, fraudem quatenus excessus penitentiae, & contritionem, & alia circumstantia quoad titulum.

Innocentius III. Liven. Episcopi, & eorum suffraganeis.

Eius qui f ecclesiam suam: & infra. Constat illa penitentia non tam secundum quantam necessitas, quam penitentis contritionem, per se iudicis arbitrium sit moderanda, penitentia personarum, super fornicatione, adulterio, homicidio, perjurio, & aliis criminibus, condiderit, penitentiam imponatur, & praeterea novitate laetitia, & alia criminibus, prout saluti eorum videritis expedire. Penitentiam tem vestigiis inhaerentes, dicentis: Lacrimis penitentibus, non eam: paulatim eos instruat in huiusmodi, non eam.

a Cap. 1. eod. tit. in 2. comp. b Ca. 1. de pen. in comp. Pars alia. sap. de ferri. c alii. e episcopi. d Laudunen. in 2. comp. e Vid. L. aut. salta. 9. ff. de pen. et. 1. qu. ff. de iur. f Cap. 3. eod. tit. in 3. comp. g Vix, penitentia deest in antiq. codicibus.

orationem, orationem dominicam, & Symbolum illos  
facite edocentes. Interim tamen corporis & languis  
domini sacramentum renatis fonte baptisatis, con-  
suetis festivitatibus, & in mortis articulo tribuatis.

CAP. IX.

*Adulter mulieri confesso, quæ sibi partem alienam suppositus  
in proptem ex adultero suscepit, nec illud marito vult detegere.  
Idem sancti Leonis in Lucina Presbytero Card.*

*Apost. sed. legat.*  
Omnis pœnitentiis tibi fuisse confessam, quod timens ne  
potestis devolvere ad alios, quarundam herba-  
rum facrum potavit, & sic venter ejus intumuit, & inde  
gravidam se ostendens, sibi partem suppositus alienum,  
non sicut matrem, non vult facinus ipsi detege-  
re, qui prolem credit sine dubitatione qualibet esse.  
Quoniam igitur postulas edocet, utrum ei hac  
legit durare sit pœnitentiis injungenda: responde-  
mus, quod licet mulieri, quæ ignorante marito de ad-  
ultero prolem suscepit, quamvis id viro suo timeat con-  
fiteri, non est pœnitentiis deneganda: ira nec illi debet  
pœnitentiis denegari, maxime si per alios intelligas a-  
lios, ad quos timeat possessionem viri devolvi: sed  
comperens satisfactio per discretum sacerdotem ei de-  
bet imponi.

CAP. X.

*Aliqua moniales benedicere, confessiones audire, & publice  
predicare possunt.*

*Idem Valent. c. & Burgens. Episcopi, & Abbatib.  
de N. Gerson. ordinis.*  
Quia quædam nostris sunt auribus intimata, quod  
moniales moniales proprias benedicunt, ipsarum  
concessiones in criminibus audiunt, & legentes  
sacrosancti prædicant publice. Cum igitur  
ad obsequium sit, pariter & absurdum: mandamus, quæ-  
rentur id de cetero fiat, curetis firmiter inhibere. Quia  
sanctissima virgo Maria dignior & excellentior fue-  
rit Apollinis universis, non tamen illi, sed ipsi Dominus  
sacrosanctorum committit.

CAP. XI.

*Tempore generalis interdicti conceditur pœnitentiis & viaticum  
memorabile hoc primo. Clerici, qui servati interdictum, post  
quædam tempora in cœmeterio sepeliri, hoc secundo. In conventua-  
libus monasteriis clerici tunc vel tunc possunt veras submissa voce dicere,  
hoc tertio. Cruce signatis & peregrinis tempore interdicti pœnitenti-  
as amittunt, hoc quarto.*

*Idem.*  
Videtur in te: [i & infra.] In illo enim verbo,  
per quod pœnitentiis morientibus non negamus,  
moniam etiam, quod verè pœnitentibus exhibetur, in-  
terdicit volumus, ut necipsum decedentibus denegetur  
sicut statim per generale interdictum denegetur o-  
mnibus, tum incho, quam ecclesiastica sepultura: con-  
tinetur tamen ex gratia, ut clerici decedentes, qui ta-  
men servaverint interdictum, in cœmeterio ecclesie sine  
cœmeterium pulsatione cessantibus solennitatibus o-  
mnibus cum silentio tumulentur. Et in conventualibus  
monasteriis & bini, vel simul tres horas canonicas vale-  
re legere, non cantare, januis clausis, interdictis &  
excommunicatis exclusis, & voce ita remissa, quod exte-  
rius audiri non possit: cum & regularibus secundum pri-

vilegium sed. Apostol. sit indulgendum, ut cum generale in-  
terdictum terra fuerit, liceat eis januis clausis, excom-  
municatis & interdictis exclusis, non pulsatis campanis,  
suppressa voce celebrare divina. Recipientibus autem  
signum crucis non negamus, quod minus eis ob a re-  
pentiam crucifixi pœnitentiis, cum postulerint, injun-  
gatur: quod & aliis peregrinis potest misericorditer  
indulgeri.

[i Verum quoniam a quibusdam intelleximus dubitari, ut-  
rum clericis vel laicis dandum sit viaticum in extremis, an & in-  
ter impedenda, & an cum alio sacramentis indulgenda sit dece-  
dentibus sepultura. Virum in conventualibus demissa voce, januis  
clausis, interdictis exclusis, divina possint officia celebrari. Simi-  
liter an suspensibus signum crucis, & sanctorum limina visitan-  
tibus sit pœnitentiis injungenda. Ambiquatenus hujusmodi de du-  
bitantium cordibus voluntus amputare.]

CAP. XII.

*Famosum est & multum allegabile, & hoc dicit. Quilibet doli  
capax tenetur saltem semel in anno confiteri proprio sacerdoti, vel de  
ejus licentia alteri, & Eucharistia sacramentum ad minus in Pascha  
recipere. Et sacerdos revelari confessionem deponendus est, & in mo-  
nasterio ad agenda perpetuam pœnitentiis detrahendus.*

*Idem b In Concilio generali.*  
Omnis e utriusque sexus fidelis, postquam ad annos  
discretionis pervenerit, omnia sua solus peccata,  
saltem semel in anno, fideliter confiteatur proprio sa-  
cerdoti, & injunctam sibi pœnitentiis propriis viribus  
fudeat adimplere, suscipiens reverenter ad minus in  
Pascha Eucharistia sacramentum: nisi forte de proprii  
sacerdotis consilio ob aliquam rationabilem causam ad  
tempus ab hujusmodi præceptione duxerit abstinen-  
dum: alioquin & vivens ab ingressu ecclesie arcetur,  
& moriens Christiana carere sepultura. Unde hoc sa-  
lutare statutum frequenter in ecclesiis publicetur, ne  
quisquam ignorantie & cœcitate velamen excusationis  
assumat. Si quis autem alieno sacerdoti voluerit iusta  
de causa sua confiteri peccata, licentiam prius postulet &  
obtainat à proprio sacerdote, cum aliter ipse illum non  
possit absolvere, & velligare. Sacerdos autem sit discre-  
tus, & cautus, ut more periti medici superfundat  
vinum & oleum vulneribus sauciati, diligenter inqu-  
rens & peccatoris circumstantias, & peccati: quibus h  
prudenter intelligat, quale debeat ei præbere consilium,  
& cujusmodi remedium adhibere diversis experimen-  
tis utendo ad salvandum & agrotum. Caveat autem  
omnino ne verbo, aut signo, aut alio quovis modo ali-  
quatenus prodatur peccatorem: sed si prudentiori con-  
silio indiguerit, illud absque ulla expressione personæ,  
caute requirat: quoniam qui peccatum in pœnitentiis  
iudicio sibi detectum præsumpserit revelare, non solum  
à sacerdotali officio deponendus decernimus, verum etiam  
ad agenda perpetuam pœnitentiis in arcem  
monasterium detrahendum.

CAP. XIII.

*Medici vocati ad infirmos debent ante omnia inducere infir-  
mum ad confessionem, nec quicquam persuadere pro salute corporis  
tendens in animarum periculum.*

*Idem in eodem.*  
Cum infirmitas corporalis nonnunquam ex peccato  
proveniat, dicente Domino languido, quem sana-  
a Ad reverentiam. b Idem sancti Leonis. III. in Conc. gen.  
c. 21. & ca. q. cod. tit. in q. compul. c Vid. Conc. Trid. Sess. 1. q. c. 1.  
de confess. & can. 1. de sanctissimo sacra. d al. ita, ab ejus.  
e In aliis, ne quisquam ex ignorantia cœcitate. f alii, folvere.  
g Qualis debeat esse confessor, tradit Magister Sentent. 4. dist. 9. q. 6.  
h al. ex quibus, in concilio ita: per quos. i sanan-  
dum. k B. Thom. in quaestibus additis ad 2. part. q. 11. art. 1. &  
Theologos 4. Sent.

verat: Vade, & amplius noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.

Præsentis decreto statuimus, & districte præcipimus medicis corporum, ut cum eos ad infirmos vocari contigerit, ipsos ante omnia moneant & inducant, ut medicos ad vocent animarum: ut postquam fuerit infirmo de spiritali salute provisum, ad corporalis medicine remedium salubrius procedatur, cum causa cessante, cesset effectus. Hoc quidam inreralia huic causam dedit edito, quod quidam in agritudinis lecto iacentes, cum eis à medicis suadetur, ut de animarum salute disponant, in desperationis articulum incidunt, unde facilius mortis periculum incurunt. Si quis autem medicorum huius nostræ constitutionis, postquam per prelatos locorum fuerit publicata, transgressor extiterit, tamdiu ab ingressu ecclesie arceatur, donec pro transgressione humilimodi satisfecerit competenter. Ceterum cum anima sit multo preciosior corpore, sub interminatione anathematis prohibemus, ne quis medicorum pro corporali salute aliquid ægroti suadeat, quod in periculum animæ convertatur.

CAP. XIV.

Elemosynarum questores sine Apostolicis vel diocesanorum litteris admitti non debent: nec tunc proponant ultra id, quod in ipsi litteris continetur, hoc primo. Et debent esse modesti: & à loci & expensis incongruis abstinere, hoc secundo. In dedicatione Basilicæ ultra annum, & in anniversario dedicationis, & in litteris indulgentiarum concessis ab alio, quam à Papa, ultra xl. dies remissio concedere non debet, h. d. usq. ad fin.

Idem a in eodem.

Cum ex eo: & infra. Elemosynarum quoque questores, quorum quidam se alios mentiendo, abulones nonnullas in predicatione proponunt, admitti (nisi Apostolicas vel diocesanas Episcopi litteras veras exhibeant) prohibemus: & tunc præter id, quod in ipsis continetur litteris, nihil populo proponere permittantur. Formam verò, quam communitat talibus Apostol. sed. indulget, duximus exprimendam, ut secundum eam diocesani Episcopi suas litteras moderentur. Ea siquidem talis est: Quoniam (ut ait Apostolus) omnes stabimus ante tribunal Christi, recepturi prout in corpore gessimus sive bonum fuerit, sive malum: oportet nos diem iudicis extremæ misericordie operibus prævenire, ac æternorum intuitu seminare in terris, quod reddente Domino cum multiplicato fructu recolligere debeamus in cælis, firmam spem b. fiduciamque rectam tenentes: quoniam qui parce seminat, parce & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vitam æternam. Cum igitur ad sustentationem fratrum & egenorum ad tale confluentium hospitale, propriæ non lupperant facultates, universitatem vestram monemus & exhortamur in Domino, atque in remissionem vobis injungimus peccatorum, quatenus de bonis vobis à Deo collatis piæ elemosynas, & grata eis charitatis subsidia erogatis: ut per subventionem vestram ipsorum inopia consulatur, & vos per hæc e bona & alia, quæ Domino inspirante feceritis, ad æterna possitis gaudia pervenire. Qui autem ad querendas elemosynas destinantur, modesti sint & discreti, nec in tabernis aut in aliis locis incongruis hospitentur, nec inutiles faciunt aut sumptuosas expensas, caventes omnino ne falsæ religionis habitum gerant. Ad hæc, quia per indiscretas & superfluas indulgentias, quas quidam ecclesiarum prelati facere non verentur, & claves ecclesie continentur, & penitentialis satisfactio enervatur: decernimus, ut cum dedicatur basilica, non extendatur indul-

gentia ultra annum, sive ab uno solo, sive à pluribus Episcopis dedicetur: ac deinde in anniversario dedicationis tempore xl. dies de injunctis penitentiis indulgentiarum remissionem concedatur: & infra. a. Hunc quoque numerum indulgentiarum litteris præcipimus moderari, pro quibuslibet casibus aliquoties concedatur: sicut Rom. Pont. qui plenitudinem obiter postulat, in talibus moderatam consueverit observare.

CAP. XV.

